



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

109. An si quis donauit bona praesentia, & futura, reseruando sibi vsum fructum vt non possit tamen de illo in morte disponere, an inquam, talis donatio sit valida? Et in dicto casu, an possit testari ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

tempore à lege permisso, non diceretur ab illo cadere, *Secundo*, probant, ex *Extravag. ambrosiana*, dicente: ubi de alienatione & locatione aliter facta, ac ibi præscribitur, dicitur, nullius omnino sit roboris, & momenti: dictio enim illa, *omnino*, prolata indistincte, omnes annos videtur comprehendere. *Tertio*, probant ex *Clement. 1. de reb. Eccles. non alien.* ubi facta alienatione, ultra formam præscriptam, dicitur. Neque recipienti ius aliquod acquiritur. At quoties negatiua adiungitur cum dictione, aliquid, etiam in qualibet minima parte verificatur, ut tradit *Gloss. l. 1. de foro compr. verb. aut earum*. Panor. & alij relati à can. *sup.* & *Tiraq. in l. si unquam v. Omnia n. 1. & 12. Quatio*, probant ex doctrina *Bart. in l. 1. § si quis ita ff. de verb. oblig. affirmantes, contractus pendentes à voluntate duorum, si non valent ut fiunt, neque valere ut fieri potuerunt, cui accedit Romani consilium 66. dicentis electionem Consilij ad triennium, neque ad annum valere; si statutum sit, electionem ultra annum extendi non posse. Et idem negatiua sententiam, quoad questionem appositam in titulo huius Resol. tenet *Neguerola p. 1. alleg. 26. n. 188* Unde docet *Gomez in l. 69. Tauri. n. 2.* quod quado est prohibita donatio ex omnibus bonis, non sustinetur in illis, de quibus fieri poterat, quod etiam docet *Guttier. de iur. p. 1. c. 1. n. 3.* Sed hæc opinio non caret difficultate, ex his quæ inferius dicemus, cum vile per inutile non vitietur; idem tu cogita: ego verò non audeo ab affirmatiua sententia discedere, cum sit communis, & præter *DD. cit.* illam tenet *Euerhard. c. 60. n. 6.**

3. Sed hic obiter discutiendum est dubium, an si quis faciat donationem causa mortis suorum omnium bonorum præsentium & futurorum, talis donatio sit superiori lege damnata: Communis est opinio, donationem, valere, teste *Iulio Claro*. Ratio est, quia eiusmodi donatio nihil impedit, quin donator possit aliam heredem instituire, qui quamvis post obitum donatoris debeat pactum seruare, cum ipsa donatio sit confirmata; nihilominus tamen ex bonis defuncti potest portionem, quæ dicitur *Falcidia*, detrahere, & sibi retinere. Et ita docet *Th. 10. 3. lib. 1. c. 3. q. 4.*

RESOL. CIX.

An si quis donauit bona præsentia, & futura reservando sibi usufructum, ut non possit tamen de illo in morte disponere, an inquam, talis donatio sit valida? Et in dicto casu, an possit restari de pecuniis, quas acquisiuit, & lucratus est, cum esset usufructuarius? Ex p. 8. tr. 6. Resol. 45.

Hoc dubium pertractat *Caramuel in Theolog. mor. lib. 2. n. 2. 1.* & affirmatiue respondet; sic enim ait, Petrus donauit Francisco omnia bona præsentia videlicet, futuraque, & sibi reservauit usufructum, hoc expresso, quod possit de illo in vita, non in morte disponere. Respondent, non valere donationem. *Couar. 2. var. c. 1. n. 3. Azor. Dicastill. Clar. ubi supra.* & alij. Sed adhuc valorem in ipsa donatione reperio, & ratione ab ipsis allatam nihil concludere. Talis debet esse donatio, inquit, ut non adimat potestatem testandi: hæc admittit, ergo. Et ego concessa aut potius condonata maiori, minorem nego, & assero posse adhuc instituire heredem, & legitimum testamentum condere. Ratio est, quia datur fructus, & usufructus, hic est ius ad habendum fructus, ille est utilitas ex usufructu resultans. Esto Petrus donauerit omnia, reservans sibi pro vita usufructum talis potestatis remanebit indirectus potestatis dominus, & erit usufructuarius pro vita. Ex vi igitur huius donationis non poterit in testamento instituire successores, & heredes in illo usufructuario dominio, quia supponitur sibi ad vitam tantum reservasse. Sed poterit restari de pe-

cuniis, quas lucratus fuit cum esset usufructuarius. Unde talis donatio legitime erit, quovis non solum cedatur iure legandi dominium usufructuarius, sed etiam ipsamet pecuniam, aut bona ex fructibus præteritis acquisita: aliud enim esse habere ius in agrum, aliud in fructus, vel cæcus videat. Si usufructuarius, pro tribus annis instituitur, habes indirectum ius in illum pro tribus tantum annis in illorum trium annorum fructus habes dominium directum & æternum, quod tribus illis annis non clauditur. Ergo eodem omnino modo de usufructuario ad vitam philosophandum est, habet dominium indirectum in agrum, & hoc non in æternum: sed ad tempus, hoc est, ad mortem usque: verò in fructus, quos annuatim percipit, habet perpetuum directum dominium, quod morte non clauditur: potest enim transire ad hæredes. Hucvique *Caramuel*. Sed ego non discedo à communi sententia, ut *supra* docui.

Sup. in Res.
not. præf. cit.

RESOL. CX.

An donatio possit fieri absenti?
Et quid, si Notarius nomine absentis donationem acceptet?
Et an valeat donatio absentis facta, quando iuramentum interpositum sit de non renouando, seu interueniendo?
Ex p. 8. tr. 6. Resol. 93.

Respondet *Bossius tr. de matr. disp. c. 3. n. 3. 10.* quod ut donatio absenti facta illi quærat, & sit irrevocabilis requirit, ut fiat per nunciu ad id expressè à donante destinatum, vel per epistolam à donante donatario missam. Sed aliqui putant cum *Surdo dec. 1. 1. 1. & conl. 3. 1.* sufficere pro acceptatione scientiam donatarij, quia eo ipso quod scit præsumitur ratificare, & donationem acceptare. Et ita etiam tenet *Bossius, loc. cit. n. 11.* 2. Sed non deferam hic apponere ea quæ circa præsentem questionem ex multis observat *Hunnus in Encyclop. iur. p. 3. tit. 26. c. 4. n. 1. & seqq.* ubi sic ait. Ut donatio inter vivos valeat, requiritur primo, ut sit præsentis facta, absenti quippe facta non valet, *absenti ff. de don. Nisi notarius eam nomine absentis acceptet, Gomez d. tit. de don. c. 4. n. 2. Covar. lib. 3. var. res. c. 14. num. 1. 1. Trentacinq. d. tit. de don. res. 1. n. 5. Clarus §. donat. q. 13. n. 2. Mozzius d. rubr. de substantial. n. 25.* Quæ acceptatio per Notarij facta hoc operatur, ut à donatore amplius revocari non possit. *Clarus d. §. donat. q. 13. n. 2. Mozzius d. rubr. de substantial. n. 26.* ubi de communi testatur. Quod adeo necessarium est, ut absenti & ignorantibus facta alias non sublineatur, licet aliquis, ad hoc non deputatus, motu proprio voluntatem donatoris ad eum, cui donatur, pertrahat, & is eandem acceptat. *Bocerus de don. c. 3. n. 1. Clar. d. §. donat. q. 12. n. 2. Sichardus ad l. nec ambigi. 6. n. 2. C. de don. Trentac. d. tit. de don. res. 1. n. 17. Mozzius d. rubr. de substantial. n. 23.* Interueniente tamen nuncio, vel epistola, potest etiam absenti fieri donatio. *Clarus d. §. donat. q. 12. n. 2.* ubi de communi testatur *Gomez d. tit. de don. c. 4. n. 2. Capic. dec. 108. n. 8. Mozzius d. rubr. de substantial. n. 23.* Quod tamen & ipsum ita demum admittitur, quando internuncius iste à donante specialiter deputatus est. *Clarus d. §. donat. q. 12. n. 2. Mozzius d. rubr. de substantial. n. 23.* Sed & nunc valet donatio absenti facta, quando iuramentum interpositum de non renouando, seu non contrahendo, cum iuramentum videatur præstitum Deo, ad quæ Deus supplere censeatur præsentiam partis. *Grat. discept. for. 297. n. 22. 23. & 27. Couar. lib. 1. var. res. c. 14. num. 10. Trentacinq. d. tit. de don. res. 1. n. 5. Hucvique Hunnius.*

3. Sed ut clarius hæc questio elucidetur, assero, quod si promissio fiat absenti, ea fieri potest, scripto, internuncio, procuratore ad promissarium directo ante cuius acceptationem semper potest promissor suam promissionem revocare. Differt autem nuncius à procuratore, quia si nuncius nesciens donationem à promissore revocatum,

H h s illam

Sup. hoc in
fra in Res.
114. & in aliis
eius 1. not.

Sup. hoc in
fra in Res.
112. & in aliis
eius not. &
hic infra in
§. pen. & ult.
huius Resol.

Sup. hoc iu-
ramento in-
fra in Res.
115 & in aliis
eius 1. not.

Sup. hoc sup.
§. præterito
huius Resol.
inter medium,
& fin. à vers.
Interueniente,
& in aliis
eius annot.